

MONARCHIA
PRIMA
sive
ASSYRIORVM.

Anni
Mundi.

RES ILLUSTRIVM GENTIVM,
earum maxime, quæ ad Monar-
chiam adspirauere, aut iis
se opposuere.

Anni
Mundi.

RESPUBLICA
IVDÆORVM
sive
RES SACRÆ.

Primo NIMRODVS, 1788. filius Chus, nepos Chami, primus ab aliis occupata vi inuasit. Nam, vt loquitur Moyses cap. 10. Genes. cœpit potens esse in terra, potens venator coram Iehoua. Erat autem principium regni eius Babel in terra Schinharis, i.e. Chaldææ. E terra hac processit in Assyriam, vbi Niniuen ædificauit.

1788.

Sparsis gentibus, & inter primæ monarchiæ exordia, desinunt Imperia illa summa paterna, quæ ius naturalis pietatis; & incipiunt politica, quæ ius ciuilibus societatis ac dominationis constituent. Et Rectores rerum non Patres, sed Reges, & in quæ exferunt imperium, non familiæ, sed regna appellantur. Horum enim temporum Imperia omnia sunt regia, & Reges nondum repertis legibus, pro arbitrio exercebant dominationem.

Celebriora autem Regna sunt iis maxime in locis, in quibus aut insignior fœcunditas, aut eximium aliquod præsidium in situ aduersus vim vel hostium vel aquarum erat.

Ægyptiorum regnum celebratur sub Rege *Vexore*, qui ex *Ægypto* in *Pontum* vsque tum mouit.

Secundo BELVS occidentem versus extendit Imperium vsq; in *Sarmatiâ Europæam*. Primus omnium Regum inter Deos receptus & cultus traditur.

1843.

Scytharum regnum celebratur sub Rege *Tanao*, qui ex *Scythia* in *Ægyptum* arma tum mouit.

Tertio NINVS, præter ampliatis admodum limites Imperii, urbem *Niniuen* mirifice auxit. Vnde & ab eo nomen accepit.

1908.

Sicyoniorum regnum in *Peloponneso*, primum & antiquissimum totius *Græciæ*.

Bactrianorum in *Scythia* regnum celebre est, celebraturque Rex eorum *Zoroastres*, primus *magica artis*, vt ferunt, *inuentor*.

seculo 1199
anno 1949.

Nascitur *Abrahamus*, pater fidelium; cuius familia *seminarium* est & *Ecclesiæ Dei*, & *Reipub. Iudæorum*.

Quarta SEMIRAMIS, vxor Nini, primum *gynæcocratia* sive *feminarum imperio* initium dedit, & *Æthiopiæ* *Assyriorum imperio* adiecit. Sed & *Indiam* bello quoque feliciter tentauit.

1960.

Quinto NINYAS Semiramidis & Nini filius, alias *Zameis*, contentus elaborato a parentibus Imperio, belli studia deposuit, & in *feminarum turba* consenuit.

2002.

2020.

Vocatur in *flu* Dei ex *Vre Chaldæorum*, & aliquandiu in *Mesopotamia*, & terra *Canaan*.

Sequun-

Argi-

naan